BEDA VENERABILIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift

146

carne mortuos mittere conderet. Iste autem anima mortuos ad uitam
resuscitare. Quomodo autem mortui mortuos suos sepelire queunt. nisi ge-
minam intelligas mortem unam naturae: alteram culpae. Vna quae anima a car
ne. alteram qua ds separatur a anima. Sine mortuos non credentes di
cit. mortuos suos autem qui nihil ominus sine fide de corpore exirent.
Et ait alter. Sequar te dne. si primum permitte mihi renuntiare his qui domi s.
Si secuturus dnm discipulus quare hoc domi renuntiare uelit arguitur.
quid fiet illis qui nulla utilitatis nulla fidei edificande gratia sepius suae
quos in mundo relinquere domus reuisere non uiuent. Et ait ad illu
dne. Nemo mittens manum suam in aratrum et respiciens retro aptus est
regno di. Manum cuilibet mittere est. quasi quoda conpunctionis instumen
to ligno et ferro dnice passionis duritiam sui cordis adterere atque ad pro
ferendos opum bonae fructus aperire. Quam siquis excolere incipiens cum
uxore loth ad ea quae reliquerat uitia respicere delectatur. futuri iam
regni munere priuatur.

Cap. iv.

.xli.

Post haec autem designauit dns alios septuaginta duos. Sicut duodecim
apostolos formam episcopi exhibere simul et praemonstrare nemo qui dubitet. sic et
hos septuaginta duos figura presbyterorum id est sedi ordinis sacerdotum gessisse
sciendum est tamquam si primus ecclesiae temporibus ut apostolica scriptura testis est.
utrique presbyteri utrique uocabantur episcopi. quae unum sapientiae maturitatem aliud
industriam curae pastoralis significat. Bene autem septuaginta duo mittunt.
siue quia totidem mundi gentibus euangelium praedicandum erat. ut quomodo
duodecim primo propter duodecim tribus israhel. ita et hi propter ceteras
gentes destinarentur imbuendas. seu quia ipso praedicantium numero totus
orbis peregrinum summae et indiuiduae trinitatis illustrandus intimabatur.
sicut solet hunc constat triduanum siue lucis ambitum mundo per septuaginta
duas horas adfulgere solitum. Nam et dns ipse diem suos uero apostolos horas ap
pellat dicens. Nonne duodecim horae sunt diei. Siquis ambulauerit in
die non offendit. et in psalmis praecipitur. Bene nuntiate diem de die salutare
eius. hoc est lumen de lumine. dm uerum de do uero. Sic et multis sancte
scripturae locis tres dies misterium trinitatis ostenditur. praecipue quia
dns tertia die resurrexit a mortuis. Sic et in uetere testamento populus ad
montem sinai pueniens die tertia legem accepit. idem fluuium iordanem
quo baptismi gratia commendata est tertia quam adierat die transiuit. Et misit
illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse ueni
turus. Quia duo sunt praecepta caritatis di. uidelicet amor et proximi.
et minus quam inter duos haberi caritas non potest. Nemo enim proprie
ad se ipsum habere caritatem dr. si dilectio se in alterum tendit ut et cari